

munere uenit ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur de habundantia pietatis sue que merita supplicum excedit et uota beneseruentibus multo maiora retribuat quam ualeant promereri, nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem fideles christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectiuis premijs indulgentijs scilicet et remissionibus inuitamus. ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cum igitur sicut asseritis ad sepulchrum beati Henrici Regis cuius corpus in uestra requiescit ecclesia deuote concurrat populi multitudo, nos cupientes ut eadem ecclesia congruis honoribus frequentetur omnibus uere penitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam in festo eiusdem sancti annis singulis uenerabiliter uisitarint de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi Quadraginta dies de iniunctis sibi penitentijs misericorditer relaxamus. Datum. Anagnie X Kal. Nouembris, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Blybullan bortfallen.

### 436. 1256 d. 23 Oct. Anagni.

Päfv. ALEXANDER IV:s Bref om 40 dagars aflat för dem, som besöka Upsala Domkyrka.

A. i. a. 29.

ALEXANDER &c. lika med föregående N:o 435 till aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia uestra que in honorem beati Laurencij sicut asseritis est fundata congruis honoribus frequentetur &c. och vidare till slut.

Blybullan bortfallen, men röda och gula silkestrådar äro qvar.

### 437. 1256 d. 23 Oct. Anagni.

Päfv. ALEXANDER IV:s stadfästelse på Upsala Dom-Capitels erhållne Privilegier.

A. i. a. 30.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs . . Preposito et Capitulo ecclesie Vpsalensi, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur &c. såsom N:o 293 till Eapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ecclesie uestre concessas, nec non et libertates ac exemptiones secularium exactionum a